



Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

Capitulare tertium anni DCCCIII. sive alia capitula minora de causis
admonendis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-19366

In codice vero Sangallensi haec adduntur post ultimum capitulum.

ISTA XI. CAPITVLA AD OMNIBVS LEGIBVS MITTENDA SVNT.

Inter schedas Iacobi Simondi reperti exemplar superiorum capitulorum, quod ille ex veteri codice descripterat, in quo haec epigraphe legebatur.

Anno tertio clementissimi Domini nostri Karoli Augusti, sub ipso anno, haec facta capitula sunt, & consignata Stephano Comiti, ut haec manifesta faceret in civitate Parisius mallo publico, & illa legere faceret coram Scabineis, quod ita & fecit. Et omnes in uno confenserunt, quod ipsi voluissent omni tempore observare usque in posterum. Etiam omnes Scabinei, Episcopi, Abbates, Comites, manu propria subter signaverunt.

CAPITVLARE TERTIVM ANNI DCCCIII.

Alia capitula minora de causis admonendis.

INCIPIVNT CAPITVLA.

1. **D**E Ecclesiis emendandis.
2. **D**e ordinatione Presbyterorum.
Et de excommunicatione.
3. **D**e Scabineis, Advocatis, Notariis à Missis dominicis eligendis.
4. **D**e illis qui legem servare contemnunt.
5. **D**e heribannatoris conjecto.
6. **D**e fugitiis ac peregrinis.
7. **Vt** baugae & bruniae non dentur negotiatoribus.
8. **D**e mensuris, ut aquales sint.
9. **D**e vestitura Pippini Regis.
10. **D**e colonis & fiscalibus.
11. **D**e homine in judicium non mittendo sine causa.
12. **D**e conversione liberi hominis.
13. **D**e his quae vniuersitati debent.
14. **D**e his qui ad placitum Imperatoris non faciunt.
15. **D**e causa ebrij hominis, & de ejus te-
16. **f**imonia. *Et de placito Comitis.*
17. **D**e Missis dominicis vel ceteris hominibus discurrentibus.
18. **D**e canibus qui in dextro armo tonsi sunt.
19. **D**e capitulis que in lege noviter addita sunt.
20. **D**e illis qui ad placitum banniri debent.
21. **D**e falsis testibus.
22. **D**e non jurando per vitam Regis.
23. **D**e Saxonibus qui uxores non habent.
24. **D**e signatis qui mentiendo vadant.
25. **Vt** Missi adducant breves de opere.
26. **D**e mora Missorum dominicorum in locis sue legationis.
27. **D**e prudentia & constantia Missorum.
28. **D**e falsis monetariis.
29. **D**e generali placito ad Magontiam sive Cabillonem.

INCIPIVNT SVPRASCRIBTA CAPITVLA ET EORVM TEXTVS.

De Ecclesiis emendandis,

App. I. 18. **D**E Ecclesiis emendandis, & ubi in uno loco plures fuerint quam necesse sit, ut defruantur quae necessariae non sunt, & aliae construantur.

De ordinatione Presbyterorum. Et de excommunicatione.

II. **Vt** Presbyteri non ordinentur priu. l. 136. quam examinentur. *Et ut excommunications passim & sine causa non fiant.*

393 ANNO CHRISTI Regum Francorum. KAROLI M. 394
soi.

De Scabineis, Advocatis, Notariis à Missis dominicis eligendis.

III. Vt Missi nostri Scabinos, Advo-
catos, Notarios per singula loca elegant;
& eorum nomina, quando reversi fuerint,
fecum scripta deferant.

De illis qui legem servare contemnunt.

Ibid. 34. IV. De illis qui legem servare con-
temperint, ut per fidejusiles ad presen-
tiam Regis deducantur.

De heribannatoris conjecto.

Ibid. 35. V. Vt illi qui heribannum solvere de-
bent, conjectum faciant ac heribannato-
rem. *De fugitivis ac peregrinis.*

App. II. 4. VI. De fugitivis ac peregrinis, ut di-
stringantur, ut scire possimus qui sint aut
unde venerint.

Vt bauga & brunia non dentur

negotiatoribus.

Ibid. 5. VII. Vt bauga & brunias non dentur
negotiatoribus.

De mensuris, ut æquales sint.

Ibid. 6. VIII. De mensuris, ut secundum juf-
fionem nostram æquales fiant.

De vestitura Pippini Regis.

Ibid. 7. IX. Vt non mittantur testimonia super
vestitura Domini Pippini Regis.

III. 16. X. Vt nec colonus nec fiscalinus pos-
sint alicubi traditiones facere.

*De homine in judicium non mittendo sine
causa.*

Ibid. 37. XI. Vt nullus presumat hominem in
judicium mettre nisi judicatum fiat.

De conversione liberi hominis.

I. 17. XII. Vt liber homo qui in monasterio
regulari comam deposituerit, & res suas
ibidem delegaverit, promissionem factam
secundum regulam firmiter teneat.

De his quæ vvadiari debent.

App. II. 8. XIII. Vt omnia quæ vvadiari debent,
juxta quod in lege continetur, pleniter
secundum legem ipsam invadiata fiant.
Et in postmodum vel Dominus Rex, vel
ille cuius causa est, juxta quod ei placue-
rit misericordiam faciat.

*De his qui ad placitum Imperatoris non
fuerint.*

XIV. De Episcopis, Abbatibus, Co-
mitibus qui ad placitum nostrum non
fuerint.

De causa ebrij hominis, & de ejus testimonio.

I. 18. XV. Vt nullus ebrius suam causam pos-
sit conquirere in mallo, nec testimonium
dicere. Neque Comes placitum habeat
nisi jejonus.

Et de placo Comitis.

De non cogendo bibere.

XVI. Vt nemini licet alium cogere I. 13.
ad bibendum.

*De Missis dominicis vel ceteris hominibus
discurrentibus.*

XVII. De Missis nostris discurrentibus III. 39.
vel ceteris hominibus in utilitatem no-
stram iter agentibus, ut nullus mansio[n]em
contradicere eis presumat.

De canibus qui in dextro armo tonfi sunt.

XVIII. De canibus qui in dextro ar- v. I. 236.
mo tonfi sunt, ut homo qui cum habuerit,
cum ipso cane in presentiam Regis veniat.

De capitalis quæ in lege noviter addita sunt.

XIX. Vt populus interrogetur de ca- v. I. 237.
pitulis quæ in lege noviter addita sunt. Et
postquam omnes consenserint, subscrip-
tiones & manu[m]firmationes suas in ipsis ca-
pitulis facient.

De illis qui ad placitum banniri debent.

X. Vt nullus ad placitum banniat[ur] III. 40.
nisi qui causam suam querit, aut si alter ei
querere debet, exceptis Scabinis septem,
qui ad omnia placita præsele debent.

De falsis testibus.

XXI. De falsis testibus, ut non recipiantur. Ibid. 41.

De non jurando per vitam Regis.

XXII. Vt nullus presumat per vitam Ibid. 42.
Regis & filiorum ejus jurare.

De Saxonibus qui uxores non habent.

XXIII. De illis Saxonibus qui uxores App. II. 14.
non habent.

De signatis qui mentiendo vadant.

XXIV. De signatis qui mentiendo Ibid. 15.
vadant. Vide Appendic. 1. cap. 34.

Vt Missi adducant breves de opere.

XXV. Vt Missi nostri qui jam breves Ibid. 9.
detulerint de annuntiatione, volumus ut
adhuc adducant de opere.

*Demora Missorum dominicorum in locis sue
legationis.*

XXVI. Quantam moram faciant in Ibid. 10.
unoquoque loco, & quot homines secum
habeant.

De prudentia & constantia Missorum.

XXVII. De prudentia & constantia Ibid. 11.
Missorum nostrorum.

De falsis monetariis.

XXVIII. De falsis monetariis requi- Ibid. 12.
rendum est.

*De generali placito ad Magontiam sive
Cabillonem.*

XXIX. Si alias res fortuito non pra- Ibid. 13.
occupaverint, viii. Kalendas Iulias, id
est, Missa sancti Iohannis Baptiste, ad
Magontiam sive Cabillonem generale pla-
citum nostrum habere volumus.

B b iij

In codice Vaticano & in Metensi ista leguntur in fine superiorum capitulorum.

Hoc fuit datum ad Aquis in tertio anno imperij Domni Karoli Augusti, quando synodus ibi magna fuit.

In codice Bigoriano & apud Lindenbrogium haec capitula adduntur post superiora.

I. I. I.

TEloneus aut censu non exigatur à quolibet ubi nec aquam navigio aut pontem transfundunt non est.

I. I.

Et hoc nobis præcipiendum est, ut qui cunque in dono regio caballos detulerint, in unumquemque suum nomen habeant scriptum. Similiter & in vestimenta Abatissarum.

In veteri codice MS. bibliotheca regia descriptum reperitur sequens capitulum statim post ultimum capitulum tertij Capitularis anni DCCCIII.

CAP. DE INGENVITATE CHARTARVM.

III. 43. **S**i quis per chartam ingenuus dimissus fuerit, & à quolibet homine ad servitum interpellatus fuerit, primùm legatum auctorem sue libertatis proferat, & in sua libertate perseveret. Si verò legitimus auctor defuerit, testimonio bonorum hominum, qui tunc aderant quando liber dimissus fuit, se defendere permittatur. Si verò & testes defuerint, cum duabus aliis chartis, qua ejusdem Cancellerij manu firmata sint vel subscripte, cujuscunque fuerint, suam chartam, qua tercia est, veram & legitimam esse confirmet,

Si autem qui interpellatus fuerit ad servitum nec auctorem nec testimonio habuerit, neque alias duas chartas ad suam chartam confirmandam inventre potuerit, tunc is qui eum interpellavit secundum legem ipsam chartam falsam efficiat, & servum conquerat. Si verò interpellator aut auctore aut testimonio aut chartarum collatione vietus fuerit, & hoc quod voluit efficere non potuerit, multam que in ipsa ingenuitatis charta continetur cogatur ex solvere.

CAPITVLARE QVARTVM
ANNI DCCCIII.

S I V E

DE LEGE RIPVARENSE.

CAP. I.

I. **S**i ingenuus ingenuum iētu percussit, quindecim solidis culpabilis judicetur.

I. I.

X. Homo regius, id est, fiscalinus & ecclesiasticus vel lidus interfēctus centum solidis componatur.

III.

XXII. Homo ingenuus qui multam quamlibet solvere non potuerit, & fideiūssores non habuerit, liceat ei semetipsum in vuadium ei cui debitor est mittere usque dum multam quam debuit perfoliat. Item in eodem capitulo, de sonīse, aut sexcentos solidos componat, aut cum duo decim juret. Aut si ille qui causam querit,